



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Institutio Vitæ Ad Exemplar Passionis Domini Et Salvatoris Nostri

Sgambata, Scipio

Dillingæ, 1686

Præfatio Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53753)

P R Æ F A T I O
A D L E C T O R E M.

Perfectissimam Sapiëntiã Chri-
stianã doctrinã frustra alibi
quæres, Benevole Lector, nisi
in PASSIONE DOMINI. Sapiëntissi-
mè creavit DEUS Orbem hunc, quem
non minùs sapiënter reparavit. Passus *Matt.*
est: crucifixus est! Qui potest capere ca- *19.*
piat. Mortuus & sepultus est! Non *Luc. 23.*
omnes capiunt verbum hoc. Illusit eum
Herodes indutum veste alba: quid sa-
piëntius? Æterna sapiëntia se fatuam *Matt.*
fecit! intellexistis hæc omnia? quis ve- *13.*
strum respondebit? etiam. Chlamidem *Matt.*
coccineam circumdederunt ei, & genu *27.*
flexo ante eum illudebant ei, & plecten-
tes coronam de spinis posuerunt super
caput ejus & arundinem in dextera ejus.
Quis cognovit hunc sensum Domini, *Rom. 11.*
aut quis consiliarius ejus fuit? Ut doce-
ret ita te sapere, ut pro desipiente ali-
quando habearis; hoc enim verè est sa-
pere, id est, non plus quàm oportet, sed
sapere ad sobrietatem. Sapiëntiam *Rom. 12.*
mundi ut confunderet Divina, illudi
sibi voluit à mundana; nunc albã, nunc

PRÆFATIO.

coccinea veste induitur, nunc nuda pro-
stituitur. Disce sapiens insipientiam
pati, & agnosce, te non satis sapuisse,
nisi insipientiam pati scias, vel ab alijs
discas patienter haberi insipiens. Docet
desipere Passio Domini, sed sapit, qui dis-
cit ex INSTITUTIONE VITÆ AD
EXEMPLAR PASSIONIS Christi
sapienter vivere. Vale sapientissime
Lector, & ad hanc celestem Regulam
mores vitamque tuam institue.

Sit tibi pro Christo quævis afflictio chara,
Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.